



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 470. De traditione Raginholdi atque Adalbirini in villa Sipestorpe in pago Derlingi, nec non de origine Drutmari abbatis Corbeiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
1014 vi-
que 1037
regnante
Heinri-
co II.

§. 470.

Tradiderunt duo fratres raginholdus et adalbirin in *Sipestor-*
(m)

§. 471.

nostram villam *Becbi* fuisse, censemus. Id si ita est, porro quæritur, quinam ille fuerit *Amelungus*, qui in villa *Becbi* II mansos et IV mancipia donauit ecclesie Corbeiensi. Viderur subesse comitis, de quo diximus, *FridERICI* frater. Est enim diploma cæsaris Chuonradi autographum, quod æri incisum dabimus in *Historia Corbeiensi*, in manibus nostris, in quo ad annum 1028 *FridERICI* frater appellatur *Amelungus comes*. Hic *Fridericus* videtur fuisse anno 1019 comes fuisse in pago *Wessaga*. An vero *Amelungus* iste fuerit idem, quem supra diximus aduocatum summum ecclesie Paderbornensis, præfracte quidem affirmare non audemus. Id si autem sic esset, et statueretur, *Amelungum* fuisse comitem in pago *Patherga*, et *Fridericum* in pago *Wessaga*, in originem comitum de *Rauenberg* ita incidisse videremur. A *Widekindi Magni* posteris descendisse *Rauenbergicos* comites, sane erit verisimillimum. Supra enim vidimus, *Widekindi Magni* posteros bona hereditaria possedisse, in pago *Wessaga*, eique contiguus *Thiatmelli* et *Patherga*, passim sita.

De villa
Sipestor-
pe in
pago
Derlingi.

(m) Villam *Sipestorpe* refert *Saracho ad pagum Derlingi*, memorans, in ea abbatiam nostram tres mansos possedisse. Pagus *Derlingi* erat in dicecesi Halberstadeni, et in aliqua *Brunsvicensis* ducatus parte situs. In toto autem illo tractu, in quo *Derlingicus* pagus olim exstitit, nullus nunc vicus exstat, cui vlla nominis similitudo cum villa nostra intercedit. *Sipestorpe* ergo villa fuit desolata. Cum autem olim, intra partem oppidi *Helmsted* villa quedam existerit, appellata *Sedorp*, a castro *Sommerchenburg* quondam vix vnâ milliâ sita, que iam anno 1199 intercidit, hæc villa *Sipestorpe* videtur huius esse loci. Eam probe discernendam esse a vico *Sedorp*, intra præfecturam ac comitatum *Schaumburgicum* sito, censemus. Hic autem villæ nostræ *Sipestorpe* situs persuadere nobis et nos adducere, potest, vt statuamus, *Raginholdum* atque *Adalbirinum* seu *Adelbertum* inter progenitores palatinorum *Sommerchenburgicorum*, qui eodem in tractu amplam possedere ditionem, esse referendos. Inde simul intelligitur, *Adalberinum* fuisse patrem *FridERICI*, comitis palatini *Sommerchenburgici*, qui anno 1120 vitam cum morte commutauit. Hoc ita esse, adfirmamus iam supra §. 188. Hic nihil addimus, nisi quod dicimus, hanc *Adalberinum* videri fuisse filium comitis palatini *Atelberonis*, ac patrem *FridERICI* palatini comitis. Huius *FridERICI* comitis palatini patrem omnes appellant *Adelbertum*. Hic *Adelbertus* ante annum 977 vitam ingressus fuerit oportet. Eodem enim anno comes palatinus *Atelbero* e vita discessit. Ponamus ergo, *Adelberinum* nostrum fuisse natum anno 970. Ita egisset ipse annum ætatis quinquagesimum circa annum 1020, quo ille hæc bona in *Sipestorpe* tradidisse videtur. Iam porro ponamus, *Fridericum* filium *Adelberini* in lucem vitalem produxisse anno 1042. Id fieri potuit. *Odam* enim, sororem archiepiscopi *Hamburgensis* *Adelberti*, demum nupsisse *Adelberino*, regnante *Heinrico IV.* et quidem, vt volunt, eo tempore, quo summa rerum penes dictum archiepiscopum erat, e *Pauli Langii Chronico Citiensi*, vt pote demum seculo XVI scripto, demonstrari non posse, credimus. *Fridericus* ille hæc ratione anno 1120, quo exiit e vita, annum ætatis egit LXXVIII. Comes ergo palatinus *Atelbero* auus esse potuit comitis palatini *FridERICI de Sommerchenburg*. Quid autem causæ erat, videris e nobis querere, cur *Raginholdus* atque *Adelberinus* tres mansos in *Sipestorpe* tradidere abbati *Drutmario* eiusque ecclesie? An *Raginholdus* atque *Adelberinus* consanguinei fuerunt abbatis *Drutmari*? Ita, respondeamus, videtur esse. Iam enim supra (§. 467) indicauimus, *Annales Corbeienses MSptos*, in *Archiuo Corbeiensi* exstantes, *Drutmariam* referre ad *Croppenstedensem* gentem. Recentiores id e vetustioribus chronicis deperditis haurire potuerunt. Fratrem germanum *Drutmari* abbatis fuisse *Heinricum*, patefecit e documentis nostris litterariis, in *Historia Corbeiensi* producendis. Hunc

Heinri-